



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, præcipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Cap. III. De Consolatione Apostolica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49274)

ces, exacta cum devotione persolvere; eisdemque cibi
ptioni præmittere, & subungere, Sacrum Missæ Sacrifici
piè auscultare, Corollam & Litanias Matri Virgini devo
citare, libellos pios studiosè & cum fructu evolvere, consue
tiam utiliter examinare, & SS. Confessionis & Eucharistia
ramenta crebrò & reverenter frequentare doceantur.

VI. Quia verò omnem malitiam docet otiositas, teste
racide c. 33. & ideo juxta Salomonem Prov. 10. *Qui con
gat in messe, Filius sapiens est: qui autem fertur in aestate
lius confusionis*: propterea omni studio ac conatu procur
Liberi à Parentibus otiosi non sinantur, sed maturè ijs labo
bus, & artibus addiscendis applicentur, quas per totam
quam vitam velut præcipuum vitæ suæ tum corporalis
spiritualis conservandæ instrumentum usurpaturi sunt. C
tè de Juventute non minùs verè, quam de Republica dici
test, quod olim, teste Seneca l. 7. Sapient. dict. 1. Appius Cl
dius pronunciavit, nimirum negotium illi melius, quàm
um committi, eò quòd animadversum esset, nimia quiete
peria in desidiâ resolvî; & negotium, nomine quidem
rendum, Civitatis mores in statu suo continuissè, blanda
pellationis quietem verò plurimis vitijs respersisse. S
enim cognata sunt vitia mentiri & furari, ita & proxima
nihil & malè agere: tempus perdere, & castitatem non re
re: otiosi, & luxuriari, inquit rectè Drexelius in Nicet. c.

VII. Denique cum ipse ad hæc omnia efficienda non
ficiat, Parentum, Ludimagistrorum, aliorumque, quorum
ræ commissa, aut Societati adjuncta est Juventus, excite
dustriam, ut in ijs, quæ antè dicta sunt, Juventuti instilla
sedulò quâ pœnis, quâ præmijs propositis collaborent.
& libellos parvos similia capita breviter & ad caput
eantes interdum distribuât, ut, quæ ex ipsa vocali instructi
non satis perceperunt, ex ipsis libellis repetere, meliusque
discere queant.

CAPUT III.

DE CONSOLATIONE APOSTOLICA.

ETiam hanc functionem propriam esse Operarij Aposto
ci, vel ex eo satis colligitur, quòd ipsius officium sit
amarum salute cooperari Deo, qui, teste S. Paulo 2. Cor. 1.

Pater totius consolationis, & Deus patientiæ & solatiij, ut idem ad Rom. 15. ait, quique per Isaiam Prophetam c. 66. promittit: *Ad ubera mea portabimini, & super genua blandientur vobis: quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.* Unde meritò S. Bernardus f. 10. in Cant. negat eos, qui sunt, ut ipse loquitur, de patrimonio Christi (id est, imitatores illius) dici posse Matres, nisi ubera duo ostendant, quæ Sponsus laudavit in Sponsa, dixitque meliora esse vino, & fragrantia unguentis optimis; neque enim cessare eos debere, exprimere de ubere quidem congratulationis lac exhortationis, de ubere verò compassionis lac consolationis, ut qui juxta monitum D. Pauli nōrint flere cum flentibus, & cum gaudentibus gaudere, ita ut veritate illud Jeremi. 31. usurpare queant: *Convertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & latificabo à dolore suo.* Quæ ratione autem hoc officium Consolatoris fructuosè obire possit Operarius, hoc capite fufius ostendetur.

§. I.

Quid circa Consolationem in genere observandum sit.

I. **Q**uinq̃ue porissimùm conditiones habere debet Consolatio, ut Apostolica dici queat; quarum prima est, ut *pia seu spiritualis* sit, id est, ad animæ spiritualem utilitatem ordinata, ut scilicet is, qui consolationem accipit, in cœrore vel tribulatione oppressus in peccatum impatientiæ aut desperationis non cadat, sed potius afflictiones suas cum magna æquanimitate, patientia, & constantia sustinentes, pœnæ relaxationem in altera vita, aut præmij certè augmentum mereantur. Et per hoc consolatio isthæc à Consolationibus sæcularium distinguitur, utpote quæ aut inutiles plerumque sunt, & præposteræ, aut certè è malo fonte, vanarum videlicet delectationum petitiæ; quam ob causam S. Job meritò ejusmodi Consolatoribus c. 16. dixit: *Audi vi frequenter talia, consolatores onerosi omnes vos estis.*

II. Altera conditio Consolationis Apostolicæ est, ut *ordinata* sit; quam quidem conditionem S. Gregorius in moral. indicavit, dum dixit: *Cum volumus afflictum quempiam à cœrore*

marore suspendere, ordo consolationis est, ut studeamus marendo eius luctui concordare. Dolentem non potest luri, qui non concordat dolori: quia eo ipso, quod à mare afflictione discrepat, minus ab illo recipitur, cui mentis litate separatur. Hinc Apostolus Rom. 12. monet: *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus: id ipsum invicem facientes.*

III. Tertia conditio est, ut mitis & suavis sit: ita S. brosius in l. de Joseph. monet: *Consolatio mitis debet esse aspera, quæ magis dolorem leniat, favorem mitiget, quam motionem excitet.* Hinc Sponsus Osee c. 2. dicit: *Ecce ego dabo eam, & ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor.* Sed & Siracides Eccl. 4. monet: *Declina pauperi sine tripudium aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pœcè in mansuetudine; nihil enim teste S. Chrysostomo hominē mans. ita conciliat Domino Familiare, quàm si videretur illum tranquillum se offerre, & mansuetudine jucundum.*

IV. Quarta conditio est, ut sit opportuna, id est, tempore commodo oblata; sicut enim Medici vetant admove-
re remedia, cum morbus in accessu est, & sævit; ita ad primos doloris motus non est adhibenda consolatio, sed ubi postea pus cœperint esse leviores, ut sapienter Seneca apud Joll. V. Consol. advertit. E contrario verò sicut pluvia sicca maximè tempore gratissima est, ita consolatio tunc præcipue suavis & jucunda est, cum animus in luctu diuturniore con-
tutus solatium desiderat.

V. Quinta denique conditio est, ut prudens & discretus consolatio; quæ quidem prudentia in duobus capitibus consistit, scilicet ut & ad aculeum mœstitiæ eripiendum consolatio accommodata (id quod ex SS. Patrum, aliorumque Authorum Scriptis, maximè ex arte semper gaudendi P. Sarassa, P. de S. gi Christiani p. 2. P. Philippi de Douthem, Consolatione fillanimum, Ludovici Blois, & Lib. de remedijs Fortis Francisco Petrarcha scripto discendum est) & non perperam sed cum debita moderatione & interruptione applicetur, ut anima saturata etiam ipsum favum calcat, ita & consolatio fastiditur, si immodicè, & ad satietatem usque obtrudatur. Quæ omnia tamen magis suo tempore, per ipsam expectationem, quàm per multa præcepta addiscet Operarius.

§. II.

Quomodo tribulati in genere sint
consolandi.

I. **A**nte omnia Operarius labores, ut his sequentia tria capita bene inculcet. Primum est. Nihil sine DEI voluntate fieri juxta illud Eccl. c. 17. *Bona & mala, Vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt: Et, non est malum in Civitate, quod non fecit Dominus.* Aiuos c. 3. Hinc etiam Christus dixit: *Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi data esset desuper.* Joan. 19. Secundum est, quod non modò omnia proveniant à Deo tanquam potentissimo Rege, sed etiam tanquam à benignissimo Patre, atque ad commodum, utilitatemque nostram ordinantur. Hinc Deus Pl. 28. vocatur *dilectus*, quemadmodum *filius unicornium*, quia, ut unicornis, quæ habet cornu infra oculos, videt, quò tendat per cornu immisæ afflictionis, non autem, sicut taurus habens cornua supra oculos cæco modo percutit. Atque hæc causa est, cur omnes tribulationes considerandæ & accipiendæ sint, ut Pædagogus, ut virga, ut ignis respectu auri, ut medicina, ut instrumentum chirurgi &c. Tertium est, quod DEUS etiam robur & vires tribuat ad ferendas tribulationes; nam, ut S. Paulus ait 1. ad Corinth. 10. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.* Et per Psalmistam ipse dicit: *Cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum,* Psal. 90. Id se expertum esse S. Paulus 2. ad Corinth. 12. testatur, dicens: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; cum enim infirmor, tunc potens sum.* Imò etiam solatur peculiari modo, ut iterum expertus est S. Paulus, qui de seipso 2. ad Corinth. c. 11. ait: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Et S. David Pl. 93. *Secundum multitudinem dolorum in corde meo consolationes tuas latificaverunt animam meam.* Experti etiam tres Pueri in fornace Babylonica, qui senserunt ventum quasi roris flantem. Nimirum ad medicorum morem post amaram medicinam mox, ut minus amarities sentiatur, saccharum porrigit consolationum. Hinc quædam Virgo cuidam percontanti, quomodo ad perfectionem pervenisset, respondit: *Omni adversitatem æquanimi-*

Instr. III.

I

nimi-

nimiter de manu DEI suscepi, & quisquis me aliquā in
molestiāve affecit, huic ego speciale beneficium repe-
curavi, quod minimē fecissem, nisi ab eo læsa fuisset. Narra-
nisi DEO gravamina mea quæsta sum; unde è vestigio
lationem, corroborationēque ab eo accepi.

II. Revocet tribulatio in memoriam, quod Dominus
dam ad S. Catharinam Senensem dixit: ut Blosius c. 9. est o-
nil. Spir. refert. *Volo te nōsse, quōd omnes pœna, quibus timo-*
nes in mundo affliguntur, in voluntate consistunt; quia cum p-
luntas esset ordinata & concors cum voluntate mea, cōffer-
quodammodo pœnā. Quamvis enim is, qui hac sancta orisertu-
taque voluntate præditus est, sentiat laborem ac dila-
quidquid tamen amore mei patitur, quasi sine pœna p-
libentissimè enim illud sustinet, considerans & sciant d-
meam voluntatem ac permissionem, ut patiatur. In eam
mationem hujus doctrinæ narrare poterit notam illam e sup-
riam ex Taulero de mendico, qui Theologo bonum dei DEI,
fortunatum precanti asseruit, se bonos semper fortunatos
dies habuisse, atque in tantis etiam miserijs lætissimum lum-
se, eò quod nihil aliud, quàm quod DEUS ordinavit, Chri-
rit; hoc autem optimum sibi esse certò persuaserit. eos si-

III. Ostendat, tribulationes esse signum filiorum sunt
prædestinationis. Id colligitur 1. ex S. Paulo ad Hebræos
12. dicente: *Fili mi, noli negligere disciplinam patris, ut irga-*
fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Domus Reg-
castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. militu
testimonio S. Raphaëlis Tob. 12. *Quia acceptus fuerante-*
necessè fuit, ut tentatio probaret te. 3. Ex praxi amantissimi
qui comprimunt fortiter manus. Sic Deus Apoc. 3. ait: *Serva-*
quos amo, arguo, & castigo. 4. Ex revelatione DEI, quā IV
dam revelavit S. Gertrudi, quod, quando Dominus noster SS.
venies in homine, propter quod placita dignatione ipsius &
esse deceat, tribulationes vel molestias tam corporales, &
spirituales eidem immittat, ut inde habeat opportunitate
manendi cum illo, quia S. Scriptura dicit: *Iuxta est Domus*
his, qui tribulato sunt corde. Alio tempore eadem Virg. aff. r-
tellexit, Blosio teste in consolat. Pusill. quod, quemadmodum
annulus est signum desponsationis, ita adversitas huius
propter DEUM tolerata, sit verissimum signum divine

tionis, & quasi desponsario Animæ cum DEO in tantum, ut
 gravatus quisque confidenter dicere possit: Annulo suo sub-
 arrahavit me Dominus meus JESUS CHRISTUS. Quod si in-
 ter ipsa adversa potest dono DEI etiam laudare DEVM, & ei
 ex animo gratias agere, jam tanquam Sponsa amabilis co-
 nionem obtinet à Domino; quia gratitudo animi in adversis
 c. 9. est ornatissima atque pretiosissima corona animæ. 5. Ex te-
 timonio DEI, quo S. Francisco dixit, infirmitatem, quam
 quædam patiebatur, esse arrham thesauri cælestis, qui ipsi olim
 a, offerendus esset; uti in Spec. Exempl. V. cæl. gloria ex. 8. re-
 fertur. 6. Ex Omnium SS. Exemplo, de quibus S. Ecclesia
 c. dicitur: Omnes Sancti quanta passi sunt tormenta, ut securi
 ma pervenirent ad palmam Martyrij. Certè quò sanctiores fuere,
 sciantò magis tribulationibus vexati sunt. 7. Ex figuris variis;
 In eam Electi DEI sunt lapides, qui superædificandi suo tempo-
 lambe super lapidem angularem Christum crescent in templum
 am DEI, ergo in hac vita poliri malleo tribulationis debent. Illi
 runant sunt triticum suo tempore in horreum Domini congregan-
 num, ergo prius flagellari & excuti debent. Illi sunt uvæ ex
 vit, Christo tanquam vera vite prognatæ, ergo oportet torculari
 eos subijcere, ut gratissimum virtutis succum porrigant. Illi
 um sunt holocaustum & victima DEO gratissima, ergo per ignem
 Hebræi tribulationis immolari debent. Item tribulatio est auræ
 tris, virgæ Assueri similis, quæ signum elementæ & gratiæ apud
 Dom Regem obtentæ erat. Item est similis funiculo rubro, quem
 ipi. milites Josue Rahab meretrici dederant, ut eum appendens
 verante fenestram ab interitu servaretur. Josue c. 2. Tandem est
 manant similis signo Tau, per quod olim. Ezech. c. 9. notati ab exitio
 g. auct. servabantur.

IV. Præcipue hortetur afflictum, ut Christi Exemplum
 nile & SS. Passionem ob oculos ponat sibi; hinc enim mirum ro-
 e ipsius & solatium oriri, colligitur 1. Ex ipsa Christi revelatio-
 ales, te; cum enim quædam persona vehementer afflictæ esset,
 rtunt hanc audivit vocem; surge, & cogita vulnera mea. Fecit &
 & Domox se consolatam invenit, uti in Fasciculo Myrrhæ P. Ca-
 Virg. aff. refertur. Alius, qui à Religione ad sæculum reverti vo-
 admebat, à Christo his vocibus in proposito confirmatus est:
 hum Omne asperum intinge in latus meum, & erit tibi dulce. ibid.
 ivierande S. Catharina Senensis dicebat, tribulationem esse durò
 pani

pani similem, qui, ut facile per patientiam concoqui
 SS. Christi Sanguinem intingendus sit. 2. Colligitur
 testimonio S. Pauli ad Hebr. c. 12. dum ait: *Per patientiam
 ramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in
 fidei & Consummatorem IESVM. Recogitate eum, qui
 sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contra-
 nem, ut non fatigemini animis & vestris deficientes.*
 gitur ex testimonio SS. PP. nam S. Gregorius in Epistola
 est adeo grave, quod non aquanimiter toleretur, si Chri-
 stio ad memoriam revocetur. S. Augustin. l. 32. ad FF.
 ait: *In omnibus adversitatibus meis non inveni tam
 remedium, quam vulnera Christi; in illis dormio, secus
 requiesco intrepidus. Christus mortuus est pro nobis, non
 ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur.*
 arduus ait: *Voluit Christus oculos in sua sustolli vulnere
 exemplo suo reddat ad tolerandum fortiores. Non enim
 sit sua vulnera miles, qui sui Ducis vulnera intuetur.*
 Colligitur ex figuris; nam sicut Exod. 15. lignum in
 missum, eas dulces fecit. Et sicut 4. Reg. 4. farina in olla
 sa amaritiam sustulit, ita Crux & Passio Christi aquas
 tionum dulces facit. Et sicut serpentis aspectus ænei in-
 to sanavit ictus serpentum; ita Christi passi consideratio
 nera animæ. Num. 21. c. 5. Colligitur ex natura Societatis
 enim Societas hominis leviores facit miseras, quanto
 afflicto solatium erit Deum habere in Passione socium
 æquitate; non enim est major servus domino, neque discipulus
 supra Magistrum, neque membrum pedis melius est capite
 si ergo Christum oportuit pati, & intrare in gloriam
 quanto magis membra, discipuli & servi ejus per hanc
 ad cælum tendere debebunt? Urias admonitus à David
 domum propriam iret, & quiesceret, respondit: *Arceam
 Israël & Iudam habitant in Papilionibus, & Dominus
 Ioab, & servi Domini mei super faciem terræ manent.*
*ingrediar domum meam, ut comedam, & bibam, & dormiam
 cum uxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animum
 non faciam rem hanc.* 2. Reg. 11. An non multo magis
 stianus simili modo se alloquatur? Dominus meus in tot
 pore passus est talia ac tanta: & ego hanc parvam tribu-
 nem non suscipiam? Et ego quidem iuste, ipse verò

quit? Ille totum Calicem in sanitatem meam exhausit, & ego
in eius honorem vel gustare illum recusabo? 7. experien-
tia colligitur hujus medij efficacia. S. Elzearius Comes,
cum uxor illius patientiam miraretur, respondit illi: Nove-
ris me interdum sentire aliquam in animo adversus infestan-
tes me indignationem, sed illico me converto ad cogitan-
das injurias Christo illatas, dicoque mihi ipsi eum imitari
cupiens: etiam si famuli tui barbam tuam convellerent, & co-
aphos tibi impingerent, nihil totum hoc esset præ illis, quæ
Dominus tuus & plura & majora perpeffus est, certoque ha-
beas, conjux mea, me nunquam cessare à commemorandis in-
juriis Salvatoris mei, donec animus planè sit tranquillus. Su-
ius 27. Sept. 8. Colligitur ex simili: sicut enim amaræ pi-
ulæ, dum hostiâ involvuntur, faciliùs sumuntur; ita & tri-
bulationes, si eas memoriâ Passionis Christi velut hostiâ in-
volvamus. Sicut etiam Erinaceus in foraminibus petrae re-
fugium quærit; ita anima Christiani in SS. Vulneribus quæ-
re deberet.

V. Hortetur, ut sæpe ad præmia tribulationibus pro-
missa animum afflictus convertat, revocetque in memoriam
illud S. Pauli ad Rom. c. 18. *Non sunt condignæ passionibus hujus
temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Si er-
go urinatores in aquas se promptè conjiciunt, & gladiatores
verbera contemnunt, & milites pericula alacri animo sub-
iungunt, bajuli onera læti portant, ut vilem mercedem & præ-
mium consequantur; si Jacobo Patriarchæ videbantur dies
pauci præ amoris multitudine erga Rachelem; quidni multò
magis Christianus omnes adversitates libenter sustineat amo-
re & spe tanti præmij, quod nec oculus vidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis descendit? sic Christus proposito sibi
audio sustinuit Crucem; Sic S. Stephanus intendens in cœ-
lum, vidit cœlos apertos: sic Christus Apostolos excitavit:
Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœ-
lis. Matt. 5. Sic S. Franciscum in gravi dolore oculorum ani-
mavit, dum dixit: Francisce, si tota terra esset aurum, & ma-
gis ac flumina & fontes essent balsamum, & omnes montes, col-
lesque ac lapides essent gemmæ, & tibi alius thesaurus longè
pretiosior daretur pro infirmitate, an non gauderes? Ecce
hic thesaurus est vitæ æternæ, quem tibi reposui: & ex nunc

re investio, & ista infirmitas & afflictio tua est artha beati thesauri. Spec. Ex. V. glor. cæl. ex. 8. Diabolus aliquando fassus est, se libenter omnia tormenta durum usque ad extremum Judicij diem toleraturum, si momento Deum intueri liceret, quid non tolerandum æternum videatur? Sicut ergo vadentes flumen sursum los erigunt, ne titubantes prolabantur; ita ne inter rationes labamur, consultum est, ut ad cælum oculos erigamus, nam, ut S. Isidorus ait, qui futuræ vitæ præligenter recogitat, præsentis vitæ mala æquanimiter

VI. Moneat afflictum, quod nemo sit in hoc mundo afflictione, nam, uti Job c. 14. ait: *Homo natus de brevi vivens tempore, repletur multis miserijs*; ergo pati propter Deum, ut hac ratione satisfaciamus pro pelevius feramus tribulationem, & præmium in altera accipiamus, quàm ut per impatientiam nobis faciamus majorem, & graves in altera vita pœnas accersamus, rânque summæ mercedis faciamus. Quàm doctrinam qui pulchro hoc apologo explicabant. Hinnulus, in bant, sylvester à lupis agitatus ad oves confugerat, quovideret in pace degere, ait: hîc deinceps vitam meampcè transigam. Paulò post tamen adfunt Sacerdotes, & aliquos abducunt. Quos cum hinnulus ad immolandum hi audisset, cum suspirio exclamavit. Heu mihi! ut nullus locus à persecutione immunis est; sed tamen omperpsectis, melius est hîc manere, & in obsequium Dequàm in escam cedere luporum. Sic ergo etiam omne & prudentes Christiani discurrunt, quos hinnulus iste ficat.

VII. Jubeat afflictum meminisse, quoribus infernumpurgatorium meruerit, sic enim omnia levius tolQuis enim latro gravissima tormenta promeritus, nongaudio acciperet colaphum, si tota pœna in hunc conretur, & præterea ingens pro eo fortiter exantlato præofferretur? Ecce omnia tormenta hujus mundi compcum gehenna nec colapho quidem comparari possunt, men erit, qui his longè mitiora & minora ferre recuset, mē cum in præmium ipsa beatitudo promittatur? Sciciscus Borgia omnia hospitia sibi optimè præparabat

cognitionem sui & inferni præmiserat. Præmittat & hos duos prodromos afflictus ad omnes tribulationes, & omnes perquam leves efficiet.

VIII. Demonstrat frustraneum esse mærorem ad malum leniendum. Nam ut eleganter S. Chrysostomus ait homil. ad populum: *Tristitia ob id nobis data est, non ut in morte aut aliiare doleamus, sed ut doleamus peccatum quasi morbo illius remedium; sicut ergo remedium lippitudinis illam tollit, non alios morbos; sic tristitia peccatum tollit, non alias agnitiones; v.g. pecunia quis multatus est, doluit, non emendavit; filium amisit, doluit, non resuscitavit mortuum; contumeliis affectus est, doluit, non revocavit contumeliam; infirmatur, dolet, morbum non aufert, sed auget; sed peccat quis, tristatus est, peccata deleuit; ergo tristitia tantum facta est propter peccatum: à quo nata est, ideo ut tinea ipsum corrodit, & absumit.* Imò non tantum frustraneum esse mærorem ad malum pellendum, sed etiam illud gravius efficere, clarissimè docet S. Augustinus l. de pact. c. 2. dum ait: *Impatientes, dum mala pati nolunt, non efficiunt, ut à malis eruantur, sed ut mala graviora patiantur. Patientes autè, qui mala malunt non committendo ferre, quàm non ferendo committere, & leviora faciunt, quæ per patientiam patiuntur, & pejora evadunt, quibus per impatientiam mergerentur.* Porro ut tristitiam hanc tantò faciliùs fuget, jubeat afflictum sic discurrere: vel malum est futurum, vel præteritum, vel præsens: si futurum; cur miser es ante tempus? si præteritum, cur doles, quod infectum facere non potes? si præsens, ergo id solum curandum est, ut media, quæ leviora faciant mali tolerantiam, procures; inter hæc autem potissimum est, si propter Deum patienter id feras; sic enim 1. Deus citiùs auferet malum, sicut Pater citiùs cessat à verberibus, si Filium sese subicere, & agnoscere culpam advertat. 2. Spes præmij, & honor inde resultans roborabit. 3. Societas Christi animos addet &c.

IX. Suadeat, ut consilium illud S. Bernardi sequatur: *Si insurgant venti temptationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca MARIAM; In periculis, in angustiis, in rebus dubijs MARIAM invoca, MARIAM cogita, non recedat ab ore, non discedat à cordo.* Hom. 2. in Missus est.

X. Ex quibus omnibus hætenus allatis motivis
 & præ cæteris efficax erueri potest, ut scilicet hortetur
 latum, ut omnia adversa, quæ ipsi evenire possunt, sibi im-
 netur imaginibus illis similia, quæ ob varias plicas dupli-
 Personam repræsentant, & si quidem à dextris aspiciat
 Christi imaginem exhibent, & ad affectum amoris ac-
 rentiæ excitant, animûmque gaudio spirituali replent; i-
 rò à sinistris cernantur, Dæmonis turpissimam formam
 jiciunt, atque ad odium, & indignationem movent, ama-
 dinéque complent; sic enim revera etiam adversitates, à
 sinistra parte, id est, secundum id duntaxat, quod cruciatu
 fligit, considerentur, impatientiæ & pusillanimitatis affi-
 concitant; secus verò si à dextris, id est, secundum utilita-
 variam, quam afferunt, spectentur, sic enim desiderium a-
 rem, gaudium ingenerant. Id quod Concionator quidam
 posito discursu confirmabat, dum in die Parasceves scilicet
 Auditores alloquebatur: Scitis, Auditores, in atrio quod
 varias hodie cruces ligneas, graviores & leviores, majores
 minores, diversis scilicet Personis accommodatas expo-
 esse. Quid si ego nunc vos omnes invitarem, ut mecum
 trium illud iretis, & crucem aliquam mecum tolleretis
 per urbem ad certum templum portaretis, quam paucos
 tatis futuros, qui me secururi essent, & quam exigua alac-
 te; Quòd si autem mox subjungerem: Verumtamen
 dum est vobis, unam ex istis crucibus intus totaliter excu-
 & aureis nummis refertam esse, quam qui primus ex vobis
 prehenderit, atque humeris suis in domum suam portaverit,
 is omne illud aurum in ea inclusum pro præmio accipiet,
 non hoc audito omnes è templo excurreritis, & magna
 aviditate in atrio illo unam crucem post alteram librarem
 gravissimam eligeritis, latique in humeros susciperitis,
 quidem illa gravaret, vos ipsos his vel similibus verbis
 remini. Animæ quior esto, tolera modicum & brevem do-
 rem, brevi in domo eris, & ibi fructus longævus ex auro
 tento referendus omnem hanc molestiam abunde compen-
 bit. Cur, quæso, nunc tam hilares gravissimam crucem eli-
 retis, quam tamen prius aut omnino non, aut cum tristitia
 portavissetis? nimirum quia prius solam crucis gravitatem
 postea verò aurum & lucrum intus inclusum considerassetis.

Ac ergo in vestris etiam tribulationibus non id, quod brevi tempore cruciat, sed quod aeternum delectabit, spectate, & cum S. Paulo dicetis: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra* 2. Cor. 11.

§. III.

Quomodo Pauperes sint consolandi.

I. **H** geminâ præcipuè consolatione indigent, quia duplici plerumque afflictione & tristitia cruciantur, quarum prima oritur ex ipsa Status sui vilitate & abiectione; pro qua lenienda sic eos consoletur Operarius. & 1. proponat illis exemplum Christi, qui, ut S. Paulus 2. ad Corinth. c. 8. ait: *Propter vos egenus factus est, cum esset dives*; si ergo solatium est miseris socios habere, quantum erit solatium pauperi, paupertatis socium habere ipsum Deum? 2. Revocet illis in memoriam, quot millia sapientissimorum virorum & sanctissimorum sponte amplexi sint paupertatem, ut essent similiore Filio Dei; quid nî ergo & ipsi gaudeant, ultro à Deo oblata hanc gratiam, quàm alij per magnas difficultates & certamina quæserunt? 3. Jubeat meminisse, vitam nostram similem esse Comœdiæ; ut ergo Actor libenter per diem personam mendici vel rustici gerit, si speret, se Regi aulicisque per eam magis placiturum, & majus præmium obtenturum; ita & ipsi libenter vilem suam personam per unicum vitæ diem sustineant, ut Deo, Cœlitibusque magis placeant, & merita sua multiplicent. 4. Ostendat talem & tantum esse quemlibet hominum, qualis & quantus est apud Deum, atque adeò illum esse in hac vita digniorem, qui sanctior est; hanc ergo dignitatem obtinere cum in ipsorum sit potestate, cur doleant, se falsa gloria, honoribusque carere? 5. Demonstret, quòd DEUS divitias illis non dederit, specialis favoris loco habendum; indicium enim est, Deum hîc velle curam eorum habere, atque eos in altera vita ditare regno illo, quod pauperibus promisit; etiam ipsos in hac vita a curis, quas divitiæ afferunt, liberos esse, & annos suos in vera pace transigere. Ad quem finem proderit narrare historiam de Fabro illo ferrario, quem cum Vicinus dives toto die cantantem audisset, quondam marsupium pecuniâ plenum in officinam

conjecit; quo ille invento mox curis obrutus de pecunia vanda & augenda, à cantu abstinuit, neque eum resumpit, nec vicinus detecto consilio suam pecuniam repetijt. Vocet illis in memoriam Christi promissionem, quâ dixit: *Beati pauperes spiritu* (id est, qui libenter pauperes tolerant amore DEI) *quoniam ipsorum est regnum celorum* & ex hoc jubeat felicitatem ac dignitatem suam æstimare. Iam enim, ut S. Augustinus S. 17. de verb. Apost. loquitur, *felicitatis est conditio Christianorum, quibus claritas in paupertate posita est, & quibus datum est, ut pauperes faciant pretium regni celorum.* Non ergo tibi, ait idem S. 28. displiceat paupertas tua, nihil eâ potes diutius venire, vis nosse, quàm locuples sit? celum emit; quibus sauris conferri possit, quod pauperibus videmus indidit, ut ad Regnum celorum veniret dives, possessione sua ut non potuit, nunc obtinet, ut contemptu perveniat.

II. Altera tentatio, eâque gravior oritur ex timore victu & vestitu quotidiano parando; contra quam sic monentur eos: 1. Declaret illis, quantam Deus semper curam seclitatum pauperum promiserit, & actum habuerit, ut merito sumpta Ps. 10. dixerit, quod oculi ejus in pauperem respiciunt diligenter scilicet considerantes, ne aliquid ei defuit, *derelictus est pauper.* eodem teste ps. 9. unde jam olim et apud Ethnicos, teste Menandro Epist. 28. pauperes æstimantur Deorum esse. Quàm verò fideliter steterit Deus promissum id unum indicio satis esse potest, quod S. David dicat *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum semen ejus quarens panem. Divites eguerunt & esurientes autem Dominum non minuentur omnibus.* Declaret illis, quantopere Deo placeat fiducia in illum. Hieronymus scribit in monili c. 11. quod Christus quondam discipulo dixit: *Fiducia illa, quam homo in me solo collocando, posse scire, & velle me ipsum fiducialiter jurare in nobis, cor mihi transfigit, tantamque pietati meae violentiam cit, ut non possim non ei gratificari, & manus porrigere ei, quem ex eo, quod totus à me pendeat, capio.* S. Melchior verò quondam dixit: *Impossibile est, ut, quod quis sanctus credidit, & consequi speravit, non obtineat, cum ipsum hoc promiserim. Mihi igitur fidat, qui gratia à me exspectat.*

ergo ad eum non fugiat, si tantoperè hæc fiducia ei placet : Si Princeps promulgari juberet, nihil ei magis placitum, quàm si cives, quotiescunque re aliquâ indigerent, ad eum confugerent; eamque audacter peterent, quis civium foret, qui non sæpissimè, imò assiduò ad ipsum confugeret? & tamen hic Princeps tum propter fragilitatem, tum propter limitatas divitias fallere posset; cum ergò Deus summè verax & potens simile decretum promulgari jusserit, imò ipse promulgaverit, dum dixit; *Petite & accipietis*, &c. Joan. 16. an non maximà cum fiducià ad eum confugiendum erit? 3. Demonstret illis, quot titulos habeat qui vis homo justus ad omnia necessaria à Deo speranda. Primus est, quòd homo sit; si enim DEUS lilia agri & volucres cœli tam sollicitè nutrit; an ipsius hominis, propter quem omnia illa condidit, non majorem rationem habebit? Secundus titulus est, quòd *redemptus* sit; quis enim ovem aut equum, aliudve animal, quod magno pretio emit, fame perire finit? quantò minùs ergò Deus hominem pretioso sanguine suo emptum & redemptum necessarijs ad vitam subsidijs destituet? Tertius est, quòd sit *Christianus*; quis ignorat, quantam curam Deus Israëlitarum habuerit? quàm charitate & sollicitudine illis manna de cœlo tot annis, coturnices, aquam de petra providerit? & Christianis, qui veri Israëlita sunt, quorum illi figura erant, victum quotidianum negabit? aut certè populo se sequenti per tantum miraculum panem datum credemus, & Christianis non corpore, sed animo: non pede, sed affectu: non gressu, sed virtutis studio ipsum sequentibus ac imitantibus necessaria alimenta negaturum existimabimus? Quartus titulus est, quòd *servus* sit; quis nescit, quantà curà victum subministremus etiam brutis servientibus nobis? si verò servum nacti sumus fidelem & utilem, quàm ægrè dimittimus? an igitur minorem charitatem à Deo sperabimus? an nescimus, quantà curà fidelem servum suum David protexerit, & conservarit? quàm sollicitè Eliam per corvum aluerit? quàm liberaliter Jobo, cui similis in terra tum temporis servus repertus non erat, duplicia restituerit? Quintus titulus est, quòd sit *Amicus* DEI; quis amicum sibi gratum deserit? quis nescit, Amicorum omnia esse communia? si ergò Deus hanc consuetudinem adeò servare decrevit, ut etiam seipsum amicis suis dare statuerit, an in

que

quotidianis alimentis suppeditandis eam transgressurus
 detur? Certè ad fiduciam orationis adhortaturus, Amici-
 cem iteratò petentis exemplo usus est, ut indicaret, hunc
 specialem titulum, ob quem non facillè quid negari possit
 tenti. Sextus titulus est, quod sit *filius*; Si enim ipsa et
 bruta tam sollicitè pullos suos alunt; an DEO hanc pro-
 dentiam adimemus? An infans, si ratione præditus esset,
 denter dubitare posset, num mater eum lactatura esset, &
 catura? & quisquam dubitabit, num Deus filios gratia
 stentaturus sit, quibus per Isaïam dixit: *Nunquid oblivisceris
 test mulier infantem suum? quod si illa oblita fuerit, ego
 obliviscar tui*, Isaïa c. 49. Septimus titulus est, quod sit Spon-
 Dei; quis unquam audivit, sponsam regiam à Sponso de-
 tam esse, si illa bene se gessit? Certè Asilverus Estheri di-
 dium regni obtulit; quantò magis daturus fuisset, si victi-
 tantum petijisset? An Rex cœlestis à terreno se vinci patietur?
 Hos ergo titulos bene perpendere pauperes jubeat Operari
 certòque promittat, ijs non modicè fiduciam auctum ite-
 enim, qui litteras septem sigillis munitas à Rege accepit,
 quibus ei victum promitteret, minimè dubitaret, quin
 promissis staturus esset, quantò minùs de Deo, qui septem
 titulos tam benignè largitus est, dubitare fas erit? Id unum
 ergo singulari cura curent pauperes, ut mandata Dei servent
 orationem frequenter, patientiam in adversis non deferant
 de cætero omnem sollicitudinem in DEVM conjiciant, & ut
 ipsi in ore ac mente assiduo habeant, quàm etiam filios su-
 doceant versiculum illum, quem S. Franciscus discipulis
 pro viatico obtulit: *Lacta super Dominum curam tuam, & ipse
 te enutriet*. Meminerint quoque illius dicti, quod Christus
 Catharinæ Senensi dixit: *cogita tu de me, & ego cogitabo de te*.

§. IV.

Quomodo consolandi sint, qui bonorum tem-
 poralium jacturam sunt passi.

I. **A**Nte omnia talibus Personis persuadendum est, ut
 non Dominos esse, sed Administratores duntaxat, et
 que adeò, sicut hi, cum Dominus de bonis, quæ illorum admi-
 nistrationi commisit, ipsemet disponit, eaque eripit illis, non

murmurant, nec queruntur, quia, cum Dominus sit, plenam de bonis suis pro libitu suo disponendi facultatem ac libertatem habet; ita nec ipsos ablationem talium bonorum ægrè ferre debere, cum DEUS velut supremus & plenissimus Dominus illa abstulerit. Quem in finem proderit bina illis exempla ob oculos ponere, alterum ex veteri, ex novo Testamento alterum. Quorum primum S. Job reliquit, qui, licet una vice septem millia ovium, tria millia camelorum, quingenta iuga bouum, quingentas asinas, & præterea septem Filios, & tres Filias ruinâ domus oppressos amisisset, non ullum tamen tristitiæ aut impatientiæ signum dedit, sed tonsa capite in terram corruens Deum adoravit, & dixit c. 1. *Nudus egressus sum de utero Matris meæ, & nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est. Alterum exemplum celeberrimus Angliæ Cancellarius Thomas Morus præbuit, uti Drexelius in Cymn. Pat. p. 3. c. 6. §. 7 refert, qui sic ad Conjugem suam scripsit: Salus plurima, Domina Aloysia. Intelligo horrea nostra, & vicinorum aliquot cum omni frumento perijisse incendio. Dolenda quidem (salvâ DEI voluntate) frumenti tam copiosi jactura; quia tamen DEO ita visum est, debemus omnino non solum patienter, sed & libenter hanc DEI manum in nos extentam ferre. Quidquid amisimus, Dominus dedit. Sed quia id iterum nobis ademit, Domini voluntas fiat. Nunquam super hac re murmuremus, sed æqui, bonique consulamus, & DEO magnas gratias agamus, tam in adversis, quàm prosperis: atque si rectè calculum ponamus, majus DEI beneficium est hoc damnum, quàm ingens lucrum. Quid enim salutis nostræ faciat, DEO magis, quàm nobis perspectum est. Rogo igitur, bono sis animo, & omnem tecum Familiam duc ad templum, Deoque gratias age tam de his, quæ nobis donavit, quàm quæ nunc abstulit, & quæ etiamnum reliquit. Facile DEO est, si sic visum fuerit, augere nondum ablata. Quod si plura velit auferre, sicut Domino placuerit, ita fiat. Inquiratur etiam, quantam jacturam fecerint vicini, moneanturque, ne ob eam rem contristentur; non enim committam, ut vicini mei cladibus meis domesticis lædantur, etiamsi omnis mea supellex ad unicum usque cochlear

chlear diripiatur. Obsecro, mea Aloyfia, unà cum Liberis & fratribus, totaque Familia sis læta in Domino. Hæc omnia, nos omnes in manu DEI sumus. A DEI voluntate pendeamus, uti, nec ullum unquam damnum nocere nobis poterit. Vale. Wodstochij. 13. Sept. 1529.

II. Ostendat, hanc jacturam esse signum dilectionis, & prædestinationis ad gloriam; nam ut vinitor putaret, quas diligit; & qui avem amat, & retinere desiderat, ei amputat; & mater filio cultrum subtrahit, ne semetipsa lædat; & Dominus ligna subtrahit, ne domus omnino comburatur; ita DEUS ijs, quos amat, temporalia subtrahit.

III. Declaret illis, quàm misericorditer cum illis DEUS per hanc jacturam puniendo; quæ enim adultera clementer secum agi existimat, si maritus tantum adulterum auferat, & simul promittat, se, si illa patienter ferat hanc actionem, non modò in gratiam eam recepturum, sed ingens etiam donis ditaturum? hoc autem facit DEUS, divitiarum ab anima, cum quibus spirituale adulterium commiserat, ferendo. Si ergo nulla adultera in adulterio deprehensa, quæ audeat marito: relinque mihi adulterum, ut pergam ego ius tuum lædere; quomodo anima divitias ablatas recuperare à DEO audebit?

IV. Demonstret ingens illis beneficium esse collatum per divitiarum ablationem; si enim divitiæ sunt spinæ facinoræ, & cantes semen verbi divini: si sunt laqueus diaboli trahens sempiternam mortem: si sunt cancer ad vitalia animæ accipiens, & mortem accersens spiritualem: si sunt lapis animæ pondere curarum & peccati opprimens, quidni magnum beneficium collatum existimabit, à quo hi laquei, & spinæ ablatae sunt; cui cancer iste sine scissione ademptus est?

V. Hortetur, ut oculos convertant ad veras divitias, & licet ad virtutes & bona opera; item ad cælestia gaudia, quæ ipsis invitis auferri non possunt, uti nec ipse DEUS; sic leviter ferent jacturam temporalium exemplo primorum Christianorum, ad quos S. Paulus Hebr. c. 10. scribit: *nam bonorum & vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscite quod vos habere meliorem & manentem substantiam.* Quis non libenter agrum suum grandine destrui sineret, si grando autem esset? talis autem grando est tribulatio, quia per illam reg-

calorum emimus. Jubeat ergo meminisse illorum S. Davidis verborum: *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua* (offerentes pecunias, quæ ipsis vel à magistratu, vel ab hoste auferebantur) *Venientes autem Venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Ps. 125.

VI. Denique jubeat sperare, quòd, sicuti Dominus Jobo duplicia restituit, ita & ipsis possit, & verò etiam velit (si ita ipsis utile fore videbit) duplicia restituere; certè necessaria non negabit; neque enim ad solos Apostolos & Religiosos, sed omnes alios, qui cum patientia & charitate dimiserint bona sua, pertinet illa Domini promissio: *Omnis, qui reliquerit domum aut agrum &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & Vitam aeternam possidebit.* Matth. 19. Audiant ergo S. Augustinum dicentem in Psalmum 34. *Illum quare, qui deesse non potest. Subtrahuntur, quæ dedit; nunquid subtrahitur, qui dedit?*

§. V.

Quomodo consolandi sint, qui detrimentum Famæ vel Honoris passi sunt.

I. **S**ullæ aliæ, ejusmodi Personæ consolatione indigent; cum enim, teste Salomone Prov. 22. melius sit nomen bonum, quàm divitiæ multæ; imò quàm mille thesauri pretiosi & magni, ut Eccl. 41. ait, facile credi potest, jacturam quoque famæ & honoris gravius, quàm ullum aliud detrimentum sentiendum esse, atque adeò præ aliis afflictionibus consolationem exigere. Hanc ergo ut offerat Operarius in primis hortetur ejusmodi afflictos, ut Christi exemplum sibi diligenter ante oculos proponant, & quasi dicentem audiant: *Si Dominum Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius?* Matth. 10. dicant itaque: *Ego quidem justè hæc patior, Dominus autem quid fecit?* Lucæ 23. Imò considerare jubeat, quàm multi ipsum etiam DEVM blasphemant, debitumque ei honorem negent: sicuti ergo DEVS nihil propterea turbatur & dolet, ita nec ipsi, qui injuriam passi sunt, tristari debent.

II. Hortetur, ut meminerint illam injuriam aut verba contumeliosa à DEO exisse, & permissa esse; dicant ergo a-

nimæ

nime suæ vindictâ spiranti: Dominus præcepit ei, ut magis
ret mihi, & quis est, qui contradicat? obmutui, quia tu mihi

III. Persuadeat illis, tantam & talem esse quemque vestre
lis & quantus est in oculis DEI; parùm ergo curandum, ut
quidquid de illis sentiant homines; neque enim propter
ger esse quis incipit, si alij ægrum dicant; neque sol sple-
rem suum amittit, si aliqui obscurum eum esse asserunt
propterea, quòd aliqui asinum, leonem, capram vocem cla-
erit. Verbo: si cuncta contra aliquem dicerentur, quæ
malitiosissimè possent, quid ipsi noceret, si omnino
permitteret, nec plus, quàm festucam perpenderet?
vel unum capillum extrahere possent? uti rectè Thomas
pensis l. 3. c. 46. discurret. Sequantur ergo tales ejus
Authoris consilium l. 2. c. 6. dicentis: Bonorum glori-
conscientiis eorum, & non in ore hominum. Justorum
tia de DEO, & in DEO est, & gaudium eorum de veritate
veram & æternam gloriam desiderat, temporalem non
Et qui temporalem requirit gloriam, aut non ex animo
temnit, minùs amare convincitur cælestem. Magnam
cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperaria
Facile erit pacatus & contentus, cujus conscientia mundum
Non es sanctior, si laudaris: nec vilior, si vituperaris. Quod
hocce; nec major dici vales, quàm DEO teste sis. Si autem
quid apud te sis intus, non curabis, quid de te loquantur
nes foris; nam, ut rectè dixit S. Ambrosius de offic. Beati
consciis falsis non debet moveri, nec aestimare plus
in alieno esse convitio, quàm in suo testimonio. Certè
aliorum sensu miser est (ut appositè S. Salvianus l. 1. de
vid. dixit) sed suo, & ideo non possint cuiusquam falsi
cio esse miseri, qui sunt & verè suâ conscientia beati.

IV. Hortetur, ut is, qui injuriam accepit, peccata
vilicatem inde exortam bene perpendat; ut verè nihil
agnoscat; sic enim haud difficulter contemni & infirmari
sinet; quis enim ægrè fert, si in nihilum verba contum-
jancantur? quis indignatur, si de sterquilinio, de stulto
honorificè homines loquantur?

V. Ostendat illi tantam esse dignitatem, si quis
tur, & contemnatur, ut erubescere potius deberet, quòd
ad talem dignitatem eum evehat; quid enim dignius

magis maiestate plenum, quàm ipsi Christo orbis Servatori similem fieri? quantopere honoratum se crederet, cui Rex vestem proprii filij sui dono mitteret, eamque induere iuberet? hoc autem beneficium & honorem exhibet DEVS illi, quem contemni & injuriis affici finit.

VI. Ostendat, quàm nihil proficiat, mutuas injurias & con-
vicia reponendo. Id profectò eleganter hac similitudine de-
claravit S. Chrysostomus c. 5. in Epist. ad Thessal. *Convitiatus est quisquam? vituperavit? tu claude os tuum: si enim illud aperueris, concitabis magis ventum hunc: non vides in adibus, quòd, quando è regione directe dua janua opposita sunt? si alteram clauderis, nihil efficiat flatu, sed plurimum de illius robore pracidatur? Ita & hic dua sunt janua, os tuum & os illius, qui te vituperat, & pro-
bro afficit: si tuum occluseris, & spirationem non dederis, omnem istum flatu extinguas; si vero aperueris, effranis red-
detur. Dicat ergo, quisquis injuriam passus est: posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Hoc enim silentio duo in-
super commoda consequetur. Primum est, quod sic magis se vindicet de laedente; nam, ut S. Ambrosius lib. 2. de offic. c. 3. ait: *Si taceas, si dissimules, solet dicere (convitiator) quid taces? loquere, si audes? sed non audes, mutus es, elinguem te feci. Si ergo taceas, plus rumpitur, & dictum se reputat, illudum, posthabitum, ac irrisum. Si respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia pacem invenit. Secundum est, quod ipsa ta-
curnitate famam sibi hominis virtuosi compareret, quàm famam non potest esse præstantior; sicut enim, si dolium, percussum sonum edat ad minimum ictum, vacuum esse colligimus; si vero non resonet, plenum esse dicimus; ita plenos gratiâ & fortitudine existimamus esse, quos ad injurias tacere advertimus. Hinc Ecclesia de SS. Martyribus canit. *Non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito, mens bene conscia conservat patientiam.***

VII. Non parùm etiam proderit, eos, qui injuriam inferunt, considerare quasi infantes, phræneticos, insanos &c. quod me-
dium S. Basiliius hom. 10. de ira suggessit, dum dixit: *Si parvus puer te verbis contumeliosis peteret, occasione tibi potius ri-
dendi daret. Quod si phrænesi captus, & sensu encidens verba*
Instru. III. K Gita

vita incompota & stulta minimeq; vera dicat, miser
potius, quam odio dignus erit. Hoc medio usus est
dum in Cruce dixit: *Pater dimitte illis, quia nesciunt*
faciunt. Luc. 23. Eodem usus est & Seneca, hinc quia
sibi oblatrantibus dixit: Moveret, si iudicio hoc fac
nunc morbo faciunt. Non de me loquuntur, sed de lei
rea lingua aliena loquenti (juxta commune adagium)
descendum est; atqui lingua convitiis non est Christi
sed diabolica (nam ut bene advertit S. Hieronymus in
flocium: *Irasci hominis est, frangere iracundia in*
Christiani) ergo tacendum est potius, quam loquendum.

VIII. Declaret, si famam recuperare velit, Pra
optimum eligendum esse, qui hoc officium praestet, ne
autem esse meliorem, & peritiorem DEO, utpote cu
juvandi artes suppetant, quique plurimis documentis
in hoc negotio dexteritatem probavit, suadeat ergo, ut
fictus cum silentio causam suam committat, audiatque
videm monentem: *Revela Domino viam tuam, &*
eo, & ipse faciet. Pl. 36.

IX. Interdum etiam proderit exempla eorum ob
ponere, qui ultro honores, vel jam adeptos dimiserunt
latos recusarunt. Quales sunt imprimis ipse DEI Filius
ste Apostolo Philipp. 2. cum in forma DEI esset, non
arbitratus est, esse se aequalem DEO, sed semetipsum ex
vit formam servi accipiens. Cujus exemplum secuti
Pontificibus summis S. Caelestinus, qui ultro ad exera
dijt, relicto Papatu. Pius V. verò, etsi non omnino reli
tamen cum tanto tremore suscepit, & sustinuit, ut
Quamdiu inter Monachos fui, erat salutis meae spes ha
ctus autem Cardinalis coepi nutare de illa: nunc verò
Pontifici vix spei aliquid videtur reliquum. Quod idem
Leo II. sensisse dicitur, ut qui & ipse dixisse auditus est
nam infimi Monasterij potius, quam Regni Caelorum
tenere licuisset! Quibus etiam Adrianus VI. adjungi
ut, qui sibi ipsi hoc Epitaphium composuit: *Hadrianus*
hic situs est, qui nihil sibi infelicius in vita, quam quod
raret, duxit. Ex Episcopis verò B. Petrus Damiani. S. Co
rius Nazianz. S. Adalbertus, Justus, Arnulphus Caroli
Avus Episcopatu cesserunt, S. Thomas verò, S. Bernardus

S. Bernardinus & alij innumeri, etiam oblatam recusarunt. Ex Imperatoribus, Imperatricibus, Regibus & Reginis multum ab Hieronymo Plato l. 1. c. 26. & 27. recensiti ultro illum honorem abdicarunt. B. Carolomannus Caroli Marcelli Regis Filius etiam porcos custodivit, uti & B. Alexander Davidis Scotiae Regis Filius vacas mulsit.

X. Denique non parum etiam proderit ad ejusmodi infamiam & contumeliam æquo animo patiendam; si is, qui eam patitur, imaginari sibi jubeatur, se nunc specimen suæ doctrinæ in virtutum, & humilitatis maximè, studio haustæ præbendi optimam occasionem habere, quem in finem ij, qui contumelias & injurias inferunt, quasi argumentantium vires obeunt, quibus proinde non melius respondebit, eorumque argumenta eludet, quàm si silentio & patientiâ ad Christi exemplum ea excipiat; sic enim cum eodem Christo insignem sibi apud cælestes Spectatores & Auditores laudem, & nomen super omne nomen comparabit.

§. VI.

Quomodo consolandi sint, quibus Amicus, vel Parentes, vel Liberi sunt mortui.

I. **H**is potissimum Operarius persuadere conetur, nullam ipsos causam tristitiæ habere, siue DEVM, siue defunctum, siue seipsos attendant. Nam 1. Si ad DEVM attendant, ille repetijt, quod suum erat; si ergo, dum Depositarius repetit depositum suum, volentes reddimus, cur, si Pater cælestis repetit amicum, quem nobis ad tempus concessit, doleamus, & queramur? Præterea si boni Christiani sumus, nihil aliud velle debemus, quam quod vult DEVS; si ergo ille voluerit defunctum nobis auferre, quidni & nos velimus? Cur ergo non exclamamus cum S. Hieronymo ad Paulam de obitu Blefillæ. *Bonus est DEVS, & omnia, quæ bonus facit, bona sint, necesse est. Mariti orbitas irrogatur, plango, quod accidit; sed quia sic placet Domino, æquo animo sustinebo. Vnicus raptus est filius; durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille, qui dederat.* 2. Si ipse defunctus attendatur, vel bonus is fuit, & bene defunctus est; vel malus fuit, & malè obiit: Si bene, lætandum potius est, quàm tristandum; nam ut S. Chrysostomus Hom. 23. in Matth. ait: *Ilum abuisse in prætia flo-*

K 2

rentia

rentia cum putes, ingētes cur adversū te suscitās fluctus
pestatis? Hic autem fluctus presentis vitæ per navigandum
imperandum, regnandumq; hoc caduco, mortaliq; reg-
ni tui abisset, nolles eū inde redire, ut ipsum consideres
verò cum ad meliora, majoraq; regna processerit, pa-
poris absentia ferre non poteris? Noli ergoplorare, red-
enim depositum, quod tibi creditum erat. Præterea si tu
amantissimo amico in carcere constitutus esses, & illi
gratia fieret, atque ex carcere in aulam transferretur,
continuis deliciis frueretur, an tu doleres, vellēque
carcere retinere? minimè profectò, si verus amicus esses.
DEVS amicum tuum ex carcere corporis eduxit ad gau-
lestia, & tu cum ab his impedire velles? si verò malus es
lendum iterum non est, quia pejor evasisset, si diutius vi-
atque adeò majorem poenā incurrisset, quod DEVS
dens rapuit illum; unde Tertullianus c. 9. de patientia
stum laudamus, inquit, cum evocatos quosq; ab illo quā-
randos non aquanimiter accipimus. Certè DEVS
non minùs amant amicum tuum, quàm tu; & tamē
etiam in tali casu constitutum non lugent, sed potiùs
justitiæ & voluntati acquiescunt, neque tu etiam, si ali-
do veneris eò, aliter facies; cur ergo non jam quoque
possis, & facias, quod ibi quondam facturus es? 3. Si
affligi attendant, necdum habent causas dolendi, nam lo-
mici hujus filii ipsum DEVM habent, qui ipsos solari
juvare possit, ergo meritò illi dici potest, quod 1. Reg. 3.
cana Annæ uxori dixit: Anna cur fles? & quare non con-
quamobrem affligitur cor tuum? nunquid non ego
lior tibi sum, quàm decem filij? Nimirum vanum autē
& solatium illis subtraxit DEVS, ut in illo tanquam
sinceriora quærant, cur ergo tam salutari consilio
quiescant? Jubeat item meminisse, quantarum curarum
sa fuerit defunctus, quantum impedimentum in diviti-
vitio; hoc certè agnovit Melania Junior, de qua S. Hiero-
mus scribit, quòd calente adhuc Mariti corpufculo, &
dum humato, duos simul perdiderit filios, quo tamen
lacrymam non fudit, sed stetit immobilis, & ad Christi
devoluta quasi ipsum teneret, arrisit, & dixit: Expedit
nunc servitura sum, Domine, qui tanto me onere libe-

Tandem ostendat cum spes sit, defunctum talem in cœlestem aulam receptum esse, gratulari ipsos debere, quod ibi tantum amicum habeant, qui & velit, & possit plurimum ipsorum commoda promovere.

II. Proderit aliqua exempla afferre eorum, qui mortem amicorum forti animo tulere, quale ante omnia alia est exemplum Beatissimæ Virginis, S. Jobi, Matris Machabæorum, S. Felicitatis, & S. Symphorosæ, quæ septem Filios martyrio affici coram spectavit; Mauritij, qui ad singulos ictus, quibus Filij interimebantur, exclamavit: Justus es Domine, & rectum Judicium tuum. Præ reliquis tamen exempla S. Francisci Borgia Gandiæ ducis, & Elisabethæ Andreæ Regis Ungariæ filiz ad hunc finem servient; quorum ille auditâ Conjugis dilectissimæ morte, nihil motus dixit: DEUS eam nobis commodârat, eandem jam repetijt; reddamus ergo eam illi promptè & alacriter, quin & gratias agamus, quod tam diu eâ nobis frui sit concessum. Elisabetha verò pariter auditâ optimi Conjugis Ludovici Turingiæ Ducis & Landgravij morte animo ad DEVM converso dixit: Nôsti, Domine, quàm ego Maritum meum amârim, quod & amaret te, & datus mihi esset à te: eundem à me modò hinc ad te evocatum repetijsti; nec invita reddo, sed nec, si vel uno capitis mei capillo ad vitam revocare possem, id vellem, si tu nolles. Hoc unum rogo, ut anima illius æterna in pace quiescat, & ego in obsequio tuo magis, magisque tuâ gratiâ convalescam.

III. Revocet in memoriam, quod talibus amicis caverint sine dolore, antequam ij nati essent, cur ergo non etiam nunc carere possint, cum ij ampliùs non existunt? imò in cœlis magno gaudio expectant ipsos, & ipsorum patrocini-um suscipiunt? Simili modo etiam Seneca de consolatione c. 19. quendam solabatur dicens: *Absentes absuturosq; dum viverent, non fleamus, quamvis omnis usus illorum nobis & conspectus ereptus esset. Opinio est ergo, qua nos cruciat; & tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus. In nostra potestate remedium habemus.*

IV. Præterea hortetur, ut spem & solatium in Deo unicè constituent; sic enim facilè jacturam omnium aliorum hominum sustinebunt, uti bene S. Augustinus l. 4. confess. c. 9. indicavit, dum dixit: *Beatus, qui amat te, & Amicum in te*

*Et Inimicum propter te. Solus enim nullum charum amicum
eui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur.*

V. Denique prudentissimum S. Prophetæ Davidis factum
& dictum ad imitationem proponat, qui ut 2. Reg. 12.
narratur, cum famuli sui mirarentur, quod ægrotante filio
stem ostendisset, & varijs modis afflisset, eo mortuo
ad pristinam mentis hilaritatem rediisset, cibumque sum-
pseret, hoc responsum dedit: *Propter infantem, dum
viveret, jejunavi & flevi, dicebam enim, quis scit, si for-
net eum mihi Dominus, & vivat Infans? Nunc autem
mortuus est, quare jejunem? numquid potero revocari
amplius.*

S. VII.

Quomodo consolandi sint, qui graves Per-
secutiones patiuntur.

His ante omnia proponat Operarius ipsius Christi
emplum, qui Apostolos suos ad similes persecutio-
nes præparaturus Jo. 15. dixit: *Si mundus vos odit, scitote, quia
priorè vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus
suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed
legi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Memori
sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est servus major
mino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur,*

II. Hortetur illos, ut exemplo S. Davidis non tam
ad ipsum persequentem, quam ad Deum id permittentem
fluctuant, dicantque adeò cum illo: *Dimittite eum, ut maledi-
cat Dominus praecepit ei, ut malediceret David, & quis
audeat dicere, quare sic fecerit? Ita S. Lupus Episcopus
cit, qui, cum ab Atila Troiam Galliarum urbem occupare
te quaesisset, quis es tu? & ille respondisset, se esse flagellum
DEI, mox aperiri portas iussit dicens. Salve flagellum
Jubeat ergo & ipsos, qui persecutiones patiuntur, aperire
tas & sinum pectoris sui, & Persecutorem cum maximo
tatis, gaudijque affectu excipere. Hunc certè ob finem
fusus olim S. Gertrudi dixit, se præ cæteris creaturis, quæ
commoda corporalia deservierunt (uti sunt vasa, quibus
fanta balneatus est) multò majorem honorem spinæ*

na, lancea, &c. contulisse, ut & ipsi Dilecti Adversarijs majorem amorem, quam Benefactoribus impendere studeant.

III. Considerare jubeat utilitates & commoda, quæ ex talibus persecutionibus oriuntur; quorum primum est amor & inclinatio DEI erga eum, qui patitur persecutiones; sic enim ipse Christus S. Gertrudi l. 4. in fin. c. 60. indicavit dicens: *Singula Verba detractentium sume tibi loco Virtutum, quibus exornata pervenies ad me, & ego compassiva pietate mea conpulsus benigne suscipiam te. Et quanto plus conservatio tua sine culpa reprobat, eo amplius cor meum amatoria blanditas tibi condescendit, quia per hoc efficieris mihi simillima, qui in operibus meis semper habui Perversores.* Secundum commodum est Familiaritas & unio hominis major cum Deo: ut iterum Christus eidem S. Gertrudi, cum ob persecutionem aliorum turbata esset, l. 3. in fin. indicavit, dicens: *Ne contristare, delector enim tua cohabitatione, ideo ut tecum maneat, mitto tibi amicos contrarios, ut, dum in nulla creatura fidelitatem reperis, ad me plenius recurras.* Hinc in vitis Patrum l. 7. c. 7. n. 4. legitur de patre quodam, qui, quanto plus aliquis ipsum persequebatur, & injurijs afficiebat, tanto magis ad eum recurrebat, dicens: isti sunt, qui nobis occasionem præbent ad perfectionem nostram: qui autem beatificant nos, ipsi decipiunt nos, & semitam pedum nostrorum subvertunt. Tertium commodum est ornatus animæ; sicut enim spinæ coronam Christi, & cuspidēs aurei pretiosam vestem mirè exornant, ita & ejusmodi persecutiones patienter ac fortiter toleratæ singularem animæ decorem conciliant. Quartum est salutis securitas, quæ P. Balthasar Alvarez Societatis nostræ Presbyter se ipsum animabat, dicens: Erras, & cogitas te integrum, & non bene contusum, perventurum ad cælum; cælum enim regnum est detruncatorum, tentatorum, afflictorum, contemptorum regnum. Quomodo igitur auderes inter tot adeo celebres & decantatos Duces & Capitaneos comparere adeo timidus? vit. c. 40. Quintum denique est Proximi edificatio: ut enim inter spinas rosæ bene olentes nascuntur; ita inter persecutiones generantur pulchra exempla, quæ suo quasi odore aspicientes non parum recreant.

IV. Revocet illis in memoriam, quod Christus eidem P. Balthasari ob persecutiones valde afflicto dixit: *Conquiesce,*

ce, & in hoc solare, quod hæc tua pressura geratur, videtur cognoscere me, qui, & si possem, non tamen removeo, etiam plus te diligam, quam teipsum.

V. Hortetur illos, ut hoc ipso, quod tam graves persecutiones habeant, magis se per orationem, & fiduciam, aliarum virtutes Deo conjungere studeant, ut dicere possint cum S. lo Rom. 8. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Ita suavitatem mus Author l. 3. c. 36. dicens: *Quis es tu, ut timeas à mortem hominem? hodie est, & cras non comparet. Deum time, & minimorum terrores non expavesces. Quid potest aliquis verbis aut injurijs? sibi potius nocet, quam tibi, nec potest dicium Dei effugere, quicumque est ille.* Sic S. Antonius de tribus in diversa bestiarum forma apparentibus intrepidus ait: Si quam Deus vobis dedit potestatem in me, exerce me, irruite in me. Si autem nullam in me accepistis potestatem, cur frustra laboratis?

VI. Jubeat illos considerare præmij magnitudinem, persecutiones consequitur; hæc enim & Christus Apostolus suos consolatus est Matt. 5. dum dixit: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

VII. Denique meminisse jubeat, quod dictum sit à S. lo 2. Tim. 3. *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur.* Unde S. Gregorius l. 6. epist. 27. ait: *fidenter dico, quia minus pie vivis, si minus persecutionem patieris.* Hinc & S. Stephanus dicebat Act. 7. *Quem Prophetarum Patres vestri non sunt persecuti? cur ergo si pie vivis cupiunt cum Sanctis & pijs hominibus, cum iisdem etiam persecutionem non libenter patiantur?*

§. VIII.

Quomodo consolandi sint, qui angorem & tristitiam animi patientur.

I. Etiam his inprimis exemplum Christi ob oculos ponatur, qui cœpit pavere, tædere, & mæstus esse, dixitque Marc. 26. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Sed & ad gloriam cœlestem clamavit Marc. 14. *Deus, Deus meus,* ut per-

reliquisti me? quis enim tali exemplo non moveatur ad an-
gorem suum æquo animo ferendum?

II. Proponat item exemplum illius Amici Christi, de
quo Rodriguez p. 1. h. 3. c. 29. refert, quod, cum per quin-
quaginta annis gravissimis animi angoribus & desolationibus fu-
isset oppressus, & duo Angeli eum consolari vellent, ipse id
respuerit dicens, abunde sibi ad consolationem sufficere, quod
DEI in se voluntas perficeretur.

III. Considerare ipsos inbeat, quod præclare Taulerus
sequentibus verbis notavit. Postquã homo ab omnibus abstra-
ctus jam puer esse desit, & abunde revocatione divina dul-
cedinis roboratus est, tũ Deus panem cibarium ei porrigit, ut-
pote jã viriles annos in spiritali vita affecuto. Expediit prorsus,
ut ille solido duròq; cibo pascatur, nec decet eum deinceps
latte foveri. Neesse est, ut ipse jã puerilibus ludis relictis, ne-
gotiari, & victum suo labore conquirere, celiq; savitiam ac
tempestates perferre discat. Deus igitur & astam, tenebrosam,
desolatãq; viam illi proponit, per quam eum deducens au-
fert siue occultat ab eo dona omnia, quæ illi unquam largitus
fuerat. Hic jam homo totus sibi ipsi relinquitur, ita ut nullam
Dei notitiam in se remansisse putet. Omnia exercitia sua, &
quacunque facit, aut dimittit, prorsus insipida sunt, unde &
anima illius præ radio in illis dormitat. Tu, quisquis hac ex-
periris, non declines ad vana solatia, sed esto fidelis cœlesti
Sponso, viriliter age, probe te gere, nam certissimè Deus tibi
proximus adest. Tantũ si va fidei stipiti firmiter innitere,
indubitanter melius habebis, omnia prosperè cedent.

IV. Saluberrimam illis Ludovici Blosij doctrinã c. 9. Spes.
Spiritus proponat, dum sic loquitur: Quãdo videris tibi magna
obscuritate, ariditateq; contabescere, & gravibus angustiis
premeris, sit tunc conformis divine voluntati, miseriam & af-
flictionem illam cum benigna tranquillitate propter Deũ to-
leras, multò gravior Deo es, quàm si divino lumine multũ ir-
radiareris, & intus florerent omnia. In pressura & afflictione
homo nõ ita facile seipsũ querere potest, sicut insensibilis dul-
cedinis, cõsolationisq; affluentia, in hac enim plerũq; natura
se admiscet, & anima, si incautior fuerit per immodicam dele-
tationẽ citò maculam contrahit. Sanè fieri non potest, ut ali-
quis resignato corde quidpiã sustineat pro gloria Dei, quin sa-

poterem quendam divinitatis percipiat. Licet enim illi
fortassis sentire, id est, sensibiliter gustare contingat (Dei
tempus occultante) hoc ipso tamen ei, quod patitur, bene
quod se illud ad eternam Dei gloriam ferre velle cognoscit.

V. Etiam doctrinam à S. Henrico Sufone apud Blois
consolat. pusill. iraditam interdum in memoriam revo-
non omittat, quæ sic habet: Considerare libet, quam suam
Et amorosè aterna Sapiencia cuncta disponat, dum quod
rimum sibi nocere plerique angustijs, tērationibusque gravi-
pressi arbitrantur, ipsa ad suam eorum utilitatem in-
Magnā siquidē purgatorij partem illa afflictio tollit, Et
patientibus impendio prodest, atque ingens primum addu-
Quamvis enim multorum criminum se reos arbitrantur,
corā Deo Veri, magnique Martyres sunt, cum nulli dubium
longè acerbiorē huiusmodi perpetuam afflictionē dolori
figere, quā unius carnificis ictus collo exceptus. Unde et
lerus ibidem hortatur: Amaritudinē, quā sentis, pro in-
Et purgatorio suffer patienter. Verē namque pura, resigna-
patiens anima, nuda ac munda evolans ad regna celestia
tris (ubi mille anni die uno breviores sunt) conscendit.

VI. Singulariter tamen aliam doctrinam ibidem al-
comendat: Sciendum est, fideliterque retinendū, quod in
ne Deum purē intendente sepe gravis quādā pressura Et
gustia oboritur, quā oppressus videtur sibi, Deum nō per-
tendisse, Et ita omnium laborū suorum fecisse iacturam,
nemque perdidisse operam. Hinc jam pacem pectoris amittit,
nimique mororem Et perturbationē incurrit. Hac autē pre-
nōnunquā ex gravitate naturali seu indispositione, vel
xionis malitia nōnunquā ex influētia celi, vel aeris in-
litate, nōnunquā vero ex maligni spiritūs operatione, qui
huiusmodi gravissimas iniectiones suas bonū hominē istum
turbare molitur, accidere solet. Sed hac suaviter declinat
sunt, cū benigna, tranquillaque mansuetudine, ita enim
lūs vincitur. Vnde nō satis rectē faciunt quidā, qui pre-
hanc violenter Et impetuosè à se excutere, eandemque per-
pere volunt, destruētes ac debilitātes per hoc capita sua,
nimis inordinatē Doctores Et Dei amicos pio consilio Et
nilio accedunt, eripere se inde, Et evadere cupiētes, unde
magis implicantur, cum nemo facile eos extrahere, Et ex-
re quā

re queat. Quamobrem ubi ista pressura & tempestas in homine
exurgunt, haud secus faciat, quam solent homines facere, ubi
tempestas oritur, & pluvia vel grandines cadunt. Tunc enim
fugiunt omnes sub rectum, donec tempestas sopiatur, & plu-
via cessent; ita & ipse, ubi intra se simpliciter sentit, ac de-
prehendit, quod nihil velit, neque desideret nisi Deum, dum hac
pressura corripitur, modeste subtiliterque fugiat, donec inte-
gre sibi ipsi restituatur, simulque in vera resignatione, ac pati-
entis abstractione humiliter sustinens, tranquillo ac benigno
animo in hac afflictione Deum praestoleatur.


VII. Quoniam hi angores non modice augentur ex eo ca-
pire, quod quis ex propria sua culpa ortos credat, ideo in tali
casu Operarius consilium S. Laurentij Justiniani de discipl. &
perfect. mon. c. 18. col. 6. datum suggerat. Humani generis ad-
versator Diabolus, ait, consuevit deprecantis animi memoriam
perpetrata culpa percutere, quatenus ex hoc amittat fiduciam,
& ex impedimento concepta pusillanimitatis non valeat de-
votionis exercitia secundum consuetudinem peragere. Huic
autem fallaci suasioni nequaquam fides accommodanda est. Proinde
Christi miles egregius caveat, ne confundatur, sed cum se pec-
casse cognoverit, humiliter in spiritu ante pedes Domini se pro-
sternat, confiteatur delictum suum Domino, blandisque verbis offe-
sum mulceat dilectum, & statim gratia intelliget adesse pra-
sentiam, per quam resumptis animis viribus & concepta fiduciam,
de cetero Domino quieto animo vacare valebit. In eundem
sensum Taulerus apud Bloisium l. c. sic loquitur: Plerique aliquam
molestiam gravati ita mihi dicere consueverunt: Pater, male
mecum agitur, diversis enim afflictionibus, multoque maiore
perturbor. Et ego recte cum illis agi pronuntio. Tum illi: non,
aiunt, Domine, sed mea culpa id actum. Ad quod rursus ego:
Sive tua culpa id actum sit, sive non, crede, ipsam afflictionis
Crucem a Deo tibi impositam, eidemque gratias agens sustine,
& resigna te ipsum. Rursum illi: Sed magna intus avidate,
obscuritateque contabesco. Quibus ego; Feras, aio, dilecte Fili,
patienter, & melius tecum agatur, quam si in magna, multa-
que sensibili devotione versareris.

VIII. Denique non modicam consolationem percipi-
ent ejusmodi afflicti, si ipsis rationes, ob quas DEUS ejusmodi
angores & desolationes immittit, proponantur, quarum sep-
tendecim

tendecim enumerat Gerson Cancellarius confid. 6. de
Theol. nimirum 1. Ad superbiam retundendam vel ca-
dam. 2. Ad desiderium vehementius inflammandum. 3.
cognitionem propriæ vilitatis, ut homo sibi vilescat. 4.
induat viscera pietatis super aliorum desolatione. 5. Ad
satisfactionem per dolorem illum sensibilem, quem pati
6. Ut, qui possunt alios juvare, non ita se dedant internis
solationibus, ut à charitatis negotijs & alijs juvandis re-
hantur. 7. Ut experienciâ per hanc tentationem edoctus
tutes cæteras & melius discat, & efficaciter doceat. 8. Ne
rat pro hac dulcedine DEI iussa. 9. Ad punitionem ve-
lium, tanquam si Pater tristiorem filio faciem ostendat,
omni modestia & custodia reddatur diligentior. 10. Ut
relligat, non haberi hoc per propriam industriam, ne-
volentis aut currentis esse DEI, sed misentis. 11. Ad
gationem maris spiritualis, quod ex nimia quiete sordes
trahere solet, quas exagitatio, commotioque depellit. 12.
innotescat, an gratis timeat DEVM, & paratus sit absque
pendio consolationum & suavitatum suo Imperatori deser-
re. 13. Ne incipiat, dona DEI pro ipso diligere ipsis in-
rens, iisque se oblectans, cum tamen Pater indulgentissimè
hæc dispensatoriè subtrahat, ut cibum aut pomum, parum
terim hæreditatem & regnum. 14. Interdum ad conserva-
nem corporis & virium, ne in lacrymis, gemitibus, & dolo-
ne sensibili tabescat, & deficiat. 15. Ut provocet DEVS,
Aquila pullos ad volandum, ut Mater filium ad horam re-
quit, quò instantius ille clamet, accuratius quærat, an-
stringat, & illa vicissim blandiatur suavius. 16. Ad exerce-
dam patientiam, quia sic affici non est sine tribulatione mag-
& anxietate. 17. Et postrema, ut vel hinc conjiciat animi
quantæ futura esset amaritudinis perpetua separatio, si tan-
la subtractio sic afficit. Quæ omnes utilitates non modica
nè excitare poterunt ad omnem angorem animi magna
cum alacritate tolerandum.

* *

*



§. IX.

Quomodo consolandi sint, qui graves tentationes patiuntur.

I. In primis his quoque exemplum Christi ob oculos ponatur; nam, ut rectè S. Hieronymus in c. 6. epist. ad Gal. discurret: *Si Salvator noster tentatus est, quis potest esse securus, intentatum se Vita huius maria transire?*

II. Conditionem vitæ humanæ in memoriam illis revocet, quæ, teste Jobo c. 7. est militia super terram; unde rectè pius Asceta l. 1. c. 13. ait: Non est homo securus in tentatione, quamdiu vixerit, quia in nobis est, unde tentamur, ex quo in concupiscentia nati sumus. Quam ob causam Christus non iussit nos orare, ut non habeamus tentationes, sed ut non inducamur, id est, vincamur ab illis.

III. Considerare illos jubeat, quòd, teste S. Jacobo, fidelis sit DEUS, atque adeò non passurus sit, ut ultra vires tententur; si enim, ut rectè discurret S. Ephrem. l. de patient. Homines, cum tam parùm sciunt, sciunt tamen discernere, quantum oneris singula jumenta ferre valeant, tantumque imponunt, quantum eorum vires tolerant: Si etiam Figulus vasa efformans novit, quantum ea tempore in igne relinquì oporteat, ne, si diutius relinquat, adurantur; si minùs, dissolvantur; quantum magis DEUS, cujus est infinita potentia & sapientia, novit, quibus tentationibus & probationibus indigeant animæ ipsi placere volentes, neque majores permittet, quam ipsarum utilitati conducant. Hinc meritò S. Augustinus in Ps. 61. hortatur: *Noli timere, permissum facere aliquid Tentatorem; habes enim misericordissimum Salvatorem. Tantum permittitur ille tentare, quantum tibi prodest, ut exercearis, & probe- ris, ut, qui te nesciebas, à teipso inveniaris.*

IV. Ostendat illis, quam parùm illis Tentator nocere possit, nisi ipsi velint. Eum in finem pulcherrimam illam S. Augustinus l. 197. de temp. sententiam illis in memoriam revocet, dum sic loquitur: *Sed dicit aliquis: Si alligatus est (Diabolus) quare adhuc tantum prævalet? Verum est, Fratres charissimi, quia multum prævalet, sed tepidis & negligentibus. & Deum in Veritate non timentibus. Alligatus est enim catenis, & ne-*

Et neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortis auritate coniunxerit. Iam videte, Fratres, quàm stultus Homo, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi voluptates & cupiditates saculi noli coniungere, & ille non præsument accedere: latrare potest, sollicitare potest, dere omnino non potest, nisi volentem; non enim cogens suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed per

V. Demonstret illis, quàm paratum habeat ad tentationes suas vincendas auxilium. Nam in primis, sicut olim bas Moyses Isidoro Monacho ob tentationes Monasterii re volenti, immensam quidem ab initio multitudinem monum ex parte Occidentis ostendit, mox verò ad Orientem respicere iussit, ibidemque maiorem longè SS. Angelorum auxiliandum illi paratorum copiam monstravit, ita idem quoque sperare possunt. Præterquam quòd ipse etiam pro ipsius steter, atque adeò meritorè dicere queant: Si DEUS nobis, quis contra nos?

VI. Jubeat illos præmium, quod ex victoria tentationum sperare possunt, ob oculos ponere; de quo prædictus Bernardus c. 19. de domo int. ait: *Molesta est lucta, si non est victoria, quia, si habet penam, habebit & coronam; non consensus, ubi non est consensus, imò quod resistentem suum vincentem coronat.*

VII. Ostendat illis, quantopere DEO placere, et amore sibi conciliare possint, tentationes fortiter sustinendo; sicut enim probata amicitia magnam hominibus devotionem afferre solet, sic quoque DEO comperta Justitiam in tentatione summopere placet: & per quam illi gratum est. Unde cum S. Gertrudis, ut Blosius c. 4. monil. spectat, propter minorem defectum sese multum argueret, et tunc à Domino, ut illum penitus in ipsa emendaret, atque ipsa auferret, Dominus blandè illi respondit: Et quare, ut ego magno honore, & tu ingenti præmio careres? quandoque homo studet pro amore meo defectus tantum mihi honoris ac fidelitatis exhibet, quantum strenuus Duci suo exhiberet, si strenuè seipsum in bellis micis opponeret, eosque viriliter prosterneret.

VIII. Proponat ipsidem ob oculos solatium & gratum, quod victoriam talem sequetur; si enim tantopere

dent, ubi victoriam aliquam insignem de capitali hoste Patriæ reportatam audiunt; quanto majus percipient gaudium ac solatium, si Dæmonem velut animæ suæ capitalissimum Hostem ipsi vicerint. Hinc meritò pius Author l. 2. de imit. Christi c. 9. ait: *Solet sequentis consolationis precedens tentatio esse signum; nam tentationibus probatis celestis promittitur consolatio. Qui vicerit, inquit, dabo ei edere de ligno Vitæ. Et iterum: Vincenti dabo manna absconditum. Apoc. 2.* Nimirum sicut Angeli Christo post superatam tentationem cibos cælestes ministrabant, ita DEVS ijs, qui simili modo vicerint, cælestes suas consolationes submittet.

IX. Alias quoque utilitates tentationum ipsiusdem enarrabit: nam, ut verè iterum Thomas de Kempis l. 1. c. 13. pronuntiavit, sunt tentationes sæpe valde utiles, licet molestæ sint & graves, quia in illis homo humiliatur, purgatur, & eruditur, imò & probatur juxta illud Deut. 13. *Tentat Vos Dominus DEVS Vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, vel non, in toto corde, & in tota anima & sefra.*

X. Denique non parvum etiam solatium creare poterit, si ipsis narretur, quod olim Christus S. Brigittæ quærenti, quòd tam gravibus tentationibus, & inutilibus cogitationibus vexaretur, respondit: *Hac vera est iustitia, inquebat, ut, sicut prius delectabar in Vanitatibus mundi contra Voluntatem meam, ita modo tibi molesta sint & varia, perversæque cogitationes contra Voluntatem tuam. Verumtamen time judicium meum moderatè & cum discretione, firmiter semper confidens in me DEO tuo: certissimè enim scire debes, malas cogitationes, quibus mens reluctatur, & quas detestatur, esse purgationem atque coronam. Rodriq. p. 1. tr. 8. c. 29. Unde meritò S. Jacobus c. 1. dixit: Omne gaudium existimate, Fratres, cum in Varias tentationes incideritis, scientes, quòd probatio fidei vestra patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Quod bene agnoscens Abbatissa Sara tredecim annis à fornicationis Spiritu tentata, nunquam oravit, ut recederet ab ea hujusmodi pugna, sed hoc solùm dixit: Da mihi fortitudinem DEVS, uti in vitis PP. l. 6. refertur.*

* *

CAPUT